

gato, Agamenon conlecto inauditu exercitu navali ac terrestri milicia ad Troie expeditionem perrexit. Navali autem multitudine Tenedo<sup>a</sup> applicante, ibique<sup>b</sup> per aliquos dies animum confortavit ibique clipeos armavit ibique loricas fricavit<sup>c</sup> ibique galeas exornavit. Quadam etiam die, ut mox<sup>d</sup> est Grecorum statim post cibum quiescere, dum Nestor in lecto suo cum exercitu omni iaceret, vidit anguem in arbore scandentem et septem filios cuiusdam avis ibi nidificantes conmedentem; quorum morte parentes ulcisci<sup>e</sup> volentes et circa ipsum canendo volantes, utrumque idem serpens insuper devoravit. Unde calide<sup>d</sup> Nestor coniecit, civitatem per novem annos defendere, sed in decimo esse capienda<sup>e</sup>. Coniectione igitur facta, huiusmodi verba narravit per singula et suos viriliter confortavit; et inde exercitum movere fecit et Troiam pervenit et per novem annos civitatem obsedit. Sed belipotens<sup>f</sup> Hector dum vixit, Grecorum mores bellando deiecit: unde solers Ulixes cum Achile, Aiace et quibusdam aliis eum cum proditione interfecerunt; et postea infra muros civitatis Troiani se miserunt et eis Greci aliquid nocere nequibant. Postquam se nil profecturos per novem annos viderunt, ad deceptorias artes se verterunt, et ligneum equum ex abiectis<sup>g</sup> trabibus et, Ulixis consilio, mire magnitudinis construerunt. In quo Pyrrum<sup>h</sup>, Achilis filium, conlecta vehementi multitudine, concluserunt<sup>i</sup>; et sic in lictore, cuncto exercitu monstrante recedere Tenedo trans fretam<sup>k</sup>, reliquerunt<sup>l</sup>. Quod cum Troiani summo mane comperissent et ligneum equum ubi<sup>m</sup> prius tentoria stabant vidissent, omnes una communiter gaudente, funes equo inposuerunt et, magno muri civitates spatio deiecto, in urbem traxerunt et propter dedecus Grecorum in arce collocaverunt. Qui in equo inclusi milites, in noctis tempesta<sup>n</sup> egredientes et ignem exercitui monstrantes, civitatem duriter invaserunt. Postquam suorum signum qui Tenedo latebant viderunt, insula relicta properantes, et extrinsibus cavibus, bello<sup>o</sup> dederunt; et sic civitatem funditus everterunt.

Eadem nocte, dum adhuc per plateis<sup>p</sup> cives cum hostibus iam decertarent, et iam Priamum, Ecubam, Paridem, Andromachem<sup>q</sup>, pulcherrimam Hectoris uxorem, et eius liberum Ostionacta truncarent, Enee consanguineus suus apparuit in somnis<sup>r</sup> ita vulneratus et pulverulentus, ut fuerat mortuus, ac gemebundus et lamentando singulos dolores, hoc modo dixit: Henea<sup>s</sup>, fili<sup>t</sup> alme Veneris, fuge; tolle ossa Anchise patris tui et fuge. Si hec civitas esset tuenda, hac mea dextera<sup>u</sup> esset

a) Tenebo 2.    b) ibi 3 *cum ras.*    c) ulcisti 2.    d) callide 3.    e) capiendam 3.    f) bellipotens 3.    g) i. e. abietis 3.    h) Pyrum 2.    i) concluserunt 3.    k) fretum 3.    l) dereliquerunt 3.    m) ubi *bis* 2.    n) tempesta 3.    o) belo 2; *locus manifeste est corruptus.*    p) plateas 3.    q) Andromachen pulcherrima 3.    r) sompnis 3.    s) Enea 3.    t) filii al Ven. 2.    u) dextra 3.